Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Elegia de Marcolfo liberum arbitrium felis explorante ...

Faber, Martin

Islebiae, 1700

Clarissimo viro virtvte doctrina et vera pietate praestanti D. Ioanni Coboldo, [...]

urn:nbn:de:bsz:31-129601

Visual Library

CLARISSIMO VIRO VIRTVTE DOCTRINA ET VERA PIETATE PRAESTANTI D. IOANNI COBOLDO, ARTIS MEDICAE DOCTORI & Physico Aldenburgensi, Domino & amico suo Charissimo. S. D.

ANnua iam redeunt labentis tempora secli,
Quæ vetus à Bachi nomine nomen habent.
Impius his regnat gentilibus Histrio ludis,
Gaudiaq; obscænis vndiq; mixta iocis.
Quin suus extat honos, plausuq; sequente nouarum
Certa voluptatum dona repertor habet.
Intereapulsa pietate modestia friget,
Exulat & morum castus vbiq; decor.
Dicite qui Christum sacri baptismatis vndis,
Induti colitis seria iussa Dei?
Dicite, num vani scurrilia gaudia mundi
Vos quoq; lasciuo parta furore decent?
Non ita, sed ciuis cælestis honore fruentes,
Tramite cœlesti vita peracta decet.
Si tamen innumeris hæc vita molesta periclis,
Ridiculis aliqua est parte leuanda modis.
Impia lasciuæ valeant spectacula scenæ,
Moribus & vitæ Perniciosa piæ.
Sed iuuet historiæ narratio grata venustæ,
Et sale conditis fabula mixta iocis.

Hus